

Diplôme de licence de droit.

Numéro d'inventaire : 1979.36429

Auteur(s) : Jean Joseph Pagès du Chauffour

Type de document : diplôme

Éditeur : non renseigné (Valence)

Période de création : 4e quart 18e siècle

Date de création : 1788

Description : Feuille de parchemin, brunie et tachée. Bord inférieur replié avec deux perforations pour le ruban du sceau. Sceau manquant. Coin supérieur droit corné. Une déchirure sur le bord droit réparée au moyen de ruban adhésif. Texte imprimé avec mentions manuscrites et timbre de quittance à l'encre noire. Lettrine. Inscriptions manuscrites à l'encre au verso.

Mesures : hauteur : 272 mm ; largeur : 342 mm

Notes : Diplôme de licence en droit civil et canon délivré à Jean Pagès du Chauffour le 1er août 1788 à Valence. Le document est signé du vice-chancelier de l'université. Au verso, le visa du premier avocat général au parlement de Paris, à qui ont été présentés ce diplôme, l'attestation de l'examen de droit français daté du 1er août 1788, et une attestation de l'avocat général au parlement de Grenoble du 20 octobre 1788. Ce visa est daté du 24 novembre 1788. Un second visa, peu lisible, daté de 1788. Un troisième visa du procureur général impérial près la cour d'appel de Paris daté du 3 novembre 1808.

Mots-clés : Diplômes universitaires

Droit et sciences économiques

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Nom de la commune : Valence

Nom du département : Drôme

Autres descriptions : Nombre de pages : 1

Lieux : Drôme, Valence



APITULUM ECCLESIAE CATHEDRALIS VALENTINENSIS, in alma Universitate Valentina Cancellarii vices gerens, Sede Episcopali vacante, & ab eodem Capitulo Vice-Cancellarius constitutus clarissimus Vir ANTONIUS D'AURELLE, Presbyter Sacrae Theologiae Doctor, necnon Decanus dictae insignis Ecclesiae: Omnibus hoc diploma lecturis, SALUTEM IN CHRISTO-JESU. Sapienter à majoribus nostris comparatum est, ut studiosissimis adolescentibus, qui bonam operam in utriusque-Juris studio complures annos navassent, honores haberentur, & praemia quaedam iis publice in omnium Juris-Consultorum conventu decernerentur. Nam ut praeclare ab antiquis dictum est, honos alit artes, praemiumque virtutis honos esse debet. Neque verò minore sapientia cautum ab iis fuit, ut illi honores iis solis tribuerentur, qui eruditionem & doctrinam suam bonis & idoneis iudicibus probassent. Qua de causâ gertamina quaedam Litteraria in Juris-Consultorum Collegio instituta sunt, & disputationes adhiberi solitae, ut qui studiorum suorum fiducia freti, praemia illa petere audent, ingenii sui specimen pro Collegio praeberent; quique de sententia cognitorum digni iudicati essent, quibus honos haberetur, hi meritâ dignitate ornati ab his dimitterentur. Ob haec res cum Dominus Joannes-Josephus PAGES DU CHAUFOR, Ricomagensis, Diocesis Claromontanae, J. U. Bacc. bonam operam J. U. studio dederit per tempus constitutum ab Edictis & Ordinationibus Regiis, in Juris-Consultorum Collegio Regio productus, ad praesentationem viri clarissimi CLAUD.-F.-JOANN.-BAP.-HENR. PLANEL, Consiliarii & sec. Antecessoris Regii, doctrinam suam universo illi ordini, habitis acerimis adversus se disputationibus, probavit, summoque omnium illorum consensu dignus habitus sit, qui Juris-Utriusque Licentiatûræ gradum in publico conventu caperet, juxta praefatas constitutiones Regias in Parlamento Gratianopolitano registratas. Nos cum pro Apostolicâ Regia, & Delphinali autoritate nobis attributa Juris Utriusque Licentiarum DERIGORE EXAMINIS, decernimus, creamus, & pronuntiamus; potestatemque eidem facimus, ut posthâc ubique terrarum ei liceat de Utrouque-Jure Consultoribus respondere, cavere, scribere, omni demùm huic honori debito uti & frui. Quod nostrum Decretum ad perpetuam rei memoriam in acta ejusdem Academiae referri jussimus per Magistrum FRANCISCUM MESANGERE CLEYRAC, Secretarium ejusdem Universitatis, cui mandavimus, ut praefati Decreti copiam & exemplum supradicto D. Joanni-Josepho PAGES DU CHAUFOR, quoniens postulabit, praebeat; quod etiam testationis causâ, majore Academiae nostrae sigillo obsignandum & confirmandum curavimus, praesentibus Magnifico Rectore, Viris meritis Antecessoribus & Doctoribus Aggregatis dictae Facultatis, & Iudicibus in actis publicis subsignatis ad hæc vocatis: prolatis & visis per nos litteris attestatoriis morum religionis, & fidei Catholicae, Apostolicae & Romanae quam actu colit dictus D. PAGES DU CHAUFOR, datis ipsi & concessis per mag^m Iulianum COUSIN, Curatorem, 5^{am} amabilem Ricomagensis, Rectorem Die 8^{ae} Julii proximo, juxta Ordinationem Regiam de die decimâ-quartâ Maii anni 1724. Datum & actum Valentiae in Delphinatu, die primâ mensis Augusti anno Domini millesimo septingentesimo octogesimo-octavo.

De Mandato dicti Domini mei Vice-Cancellarii,
sic actum, gestum & concessum.

Franciscus Mesangere Cleyrac